



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

10. Ex quibus causis decepti ultra dimidium iusti pretij excludantur à  
beneficio d. leg. 2. Cod. de rescind. vendit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)



lesio interuenit non posse rescindi. Deinde lex in summa. ff. de condit. indobli. probat solummodo indebitum ex causa transactionis repeti non posse, sed non probat transactionem ipsam non fore elidendam, si lesio interueniat.

Item lex à Dno Pio ff. de re iudic. similiter probat creditorum accipientem pignora in solutum non posse remissum debitum petere, sed non probat impugnare non posse pactum, si in eo se sentiat grauatam. Ad rationem dico difficile lesionem in transactione probari, si tamen de illa aliquando constet rescindi poterit. Ad simile de iurcurando respondeo in iuramento illud esse speciale, quia rescissa causa in iuramentum aduertitur iurans testis, & iudex constituitur. leg. vlt. Cod. de fidei commissis. ideoque querela lesionis non est locus. Ad vltimum dico transactionem comparari rei iudicate quoad sciendam & terminandam litem, non tamen quoad modum rescindendi, & reparandi lesionem, si in ipsis interuenit, nam res iudicata appellatur reparatur, transactio remedio leg. 2. Cod. de rescind. vendit.

Ex supradictis constat, si in alsecutionibus, quas mercatores de pecunia vel mercibus apportandis faciunt ob sibi traditum premium lesio ultra dimidium iusti pretij interuenierit vel ex parte alsecutoris, vel ex parte alsecuati. Inspecito dubio, & periculo causae, aliisque circumstantiis locus est beneficio dictae leg. 2. cuius verè est contractus reciprocos, & venditionem imitatur. Sic Padilla in d. leg. 2. num. 21. Matien. d. leg. 1. tit. 11. lib. 5. gloss. 8. num. 2. Guriert. lib. 2. qq. pract. 9. 142. Et idem est in contractu fideiussoris, quum fideiussor in fauorem tum creditoris, tum debitoris praestat, si forte lesio interueniat. Sicuti aduertunt praefati Doctores.

§. IX.

Expenduntur aliqui contractus, in quibus non est locus dictae legi 2. Cod. de rescind. vendit.

- 1 Non est locus in contractibus qui vnius consensu perficiuntur.
- 2 Neque in venditione, quam alter ex sui consensu faceret.
- 3 Neque in permutatione beneficiorum.
- 4 Potest tamen alia via lesio reparari.
- 5 Eadem procedant in pensionis constitutione.

Conueniunt ferè omnes Doctores locum non esse dictae legi 2. in contractibus, seu quasi contractibus qui consensu vnius perficiuntur. Sicuti tradunt Ancharran. Imiola, Anton. Bugos in c. cum. causa limit. 17. de emp. & vendit. Vnde non habet locum in aditione hereditatis, in qua haeres solus quasi cum creditoribus contrahit, ipsique obligatur. §. fin. instir. de heredum qualit. & differet. Vnde praetereu lesionis ultra dimidium se excusare non potest debitis solvendis. Ita Matien. leg. 1. tit. 1. lib. 5. gloss. 8. num. 19.

Secundò non habet locum in venditione quam alter ex tui consensu faceret, nam esto pretij particeps esse, non ob inde venditionem rescindere poteris, quia hoc beneficium venditori tantum concessum est. Vt ex sententia Baldi in d. leg. 2. num. 24. Padilla. num. 67. Tiraquello lib. 2. de reuictu. §. 1. gloss. 9. num. 105. & aliis notat Matien. supra.

Tertiò non habet locum in permutatione beneficiorum, esto inaequalitas fructuum inueniatur, quia agi non potest ad rescindendam permutationem, vel ad supplendum pretium, quia esset intentio simoniaca. Praetereu quod beneficium non ex manu permittentis sed ex manu Episcopi accipitur, ac proinde non potest aduersus ipsum actio intentari ex remedio legis 2. Atque ita tradunt post alios antiquiores Petr. Rebuff. de resciss. contract. gloss. 15. num. 10. Couarru. lib. 1. var. cap. 5. num. 3. & post num. 8. Fachin. lib. 2. cap. 22. controuers. 3. Matien. leg. 1. tit. 1. lib. 5. collect. gloss. 7. num. 5. & gloss. 8. numer. 62. Cagnol. dicta leg. 2. num. 57. Padilla. num. 18. & alij passim. Neque obstat Text. in cap. ad questionem de rerum permitt. ubi ex consensu Pontificis soluitur pecunia ex vna parte vt contractus magis ad aequalitatem accedat, quia id factum fuit in permutatione Ecclesiarum quoad earum possessiones, non quoad iura spiritualia. In permutatione autem possessionum, aliorumque bonorum temporalium locus est dispositioni leg. secunda, vt pote quae pretio ad aequalitatem redigi possunt. Secus vero in permutatione beneficiorum prout speciale ius continet, quod nequit abique vito simoniae pretio compensari, Vt bene aduertit Couarru. Fachin. & alij loc. alleg.

Verum esto in permutatione beneficiorum non sit locus legi 2. Cod. de rescind. vendit. aliis tamen remedijs laesi, & decepti deceptionem reparare possunt. Et quidem si permutatio vi aut dolo facta est qui deceptus fuit agere potest actione de dolo vt permutatio rescindatur. Sicuti expressè videtur probari ex cap. cum vniuersorum de rerum permitt. ibi. Mandamus quatenus si consiterit praesum. §. taliter fuisse deceptum, amoto à praebenda sua consanguineo ipsius &c. Si vero deceptio enormis in hac permutatione interuenierit, quae

difficile probari potest, officio Iudicis Ecclesiastici intendenda est reparatio quam ipse praestare tenetur, cum in dicto cap. cum vniuersorum habebatur, deceptis & non decipiendis iura subueniunt.

Quae dicta sunt de beneficio dicenda sunt de pensionis constitutione, nam cum haec moderata constituenda est. cap. possessiones 16. quest. 1. si valorem tertiae partis beneficij cui imponitur excedat officio Iudicis retractari potest, & debet. Sicuti tradit Caccialupus de pensionib. quest. 6. Gigas. quest. 9. Staphileus de litteris gratis, & iustitia. §. in primis. num. 92. Matienzo leg. 1. tit. 1. lib. 5. gloss. 7. in fin.

§. X.

Ex quibus causis decepti ultra dimidium iusti pretij excludantur à beneficio d. leg. 2. Cod. de rescind. vendit.

- 1 Non excluduntur ex eo quod generaliter renuntiauerint omni iuris remedio.
- 2 Si specialiter huic legi renuntiatum est, cessat remedium.
- 3 Oportet, vt ex intervallo renuntiatum fiat.
- 4 Id necessarium non esse scilicet satis probabiliter potest.
- 5 Cessat si iuramentum adicias contractui.
- 6 Neque relaxatio iuramenti peti potest.
- 7 Neque agi potest ad supplendum pretium, tamen si plures oppositum consensant.
- 8 Interueniente enormissima lesione non impeditur actio etiam in contractu iurato.
- 9 Cessat si deceptus donec incrementum, vel decrementum remittat.
- 10 Conseruatur facta donatio, si addas clausulam quod pluris vel minus est, donas.
- 11 Intelligendum est de modica lesione.
- 12 Corollarium ex superiori doctrina.
- 13 Arbitrio prudentis relinquatur quae sit modica quantitas.
- 14 Negant plures adiecta clausula, & quod pluris &c. re vti posse beneficio dictae legis 2. si rem valentem 100. vendas 48. sed non admittitur.
- 15 Admittenda tamen est, si sub clausula vniuersaliori venditio instituat.
- 16 Ob iteratum consensum non excluditur remedium dictae legis 2.
- 17 Perempta re apud emptorem quia infra dimidium iusti pretij emit, negant plures cessare actionem ad pretij supplementum.
- 18 Communis sententia affirmat actionem cessare.
- 19 Quod intelligendum est, cum bona fide infra dimidium iusti pretij venditio contingit.
- 20 Quid spectato foro externo agendum est?
- 21 Idem dicendum in emptore laico.
- 22 Inspecito iure nostro regio non datur actio ex remedio legis 2. re perempta, nisi perierit post litis contestationem.

Erratum est deceptos ultra dimidium non excludi à beneficio legis 2. Cod. de rescind. vendit. ex eo quod generaliter renuntiauerint omni iuris remedio, quo aduersus contractum venire possunt. Sicuti pluribus relatis comprobatur Tiraquel in praefat. leg. si vnquam Cod. de reuocand. donat. num. 127. Couarr. 2. var. cap. 4. num. 1. quia ex vi illius generalis renuntiationis non praesumitur velle renuntiare graui suo incommodo. argum. leg. mater decedens ff. de inofficiso testamento, & probat lex. vlt. §. item quasi sum ff. de condit. indobli.

Verum si specialiter & expressè huic legi renuntiauerit? Communis sententia aduersus Atrias Pinel leg. 2. Cod. de rescind. vendit. par. 1. cap. 2. à num. 10. tenet quam refert, & sequitur Couarru. 1. var. cap. 4. num. 1. & segg. Anton. de Padilla in dicta leg. 2. num. 42. Matien leg. 1. tit. 1. lib. 5. collect. gloss. 8. num. 42. Guriert. 1. p. de iuram. cap. 26. num. 2. & alij plures apud ipsos non esse locum dictae legi 2. quia beneficio, & iuri in fauorem proprium introducto bene potest quis renuntiare, leg. penult. Cod. de patris. Item renuntianti actionem suam non datur regressus leg. quaritur. §. si venditor. ff. de adilitio edicti.

Oportet autem vt hanc renuntiationem transacto tempore post venditionem praestes. Nam si simul cum venditione renunties beneficio d. leg. 2. satis probabile est nullius effectus esse. Vt docuerunt Laurent. Calcaneus, consil. 25. num. 27. Anton. Gomez, 2. var. cap. 2. num. 26. Matien leg. 1. tit. 1. lib. 5. gloss. 8. num. 43. Testans in forensibus iudicijs admitti renuntiationem huius legis. 2. in eodem venditionis instrumento contentam. Neque haec sententia displicet Molinae, tract. 2. disp. 349. circa finem. Quia haec lex 2. fauere intendit deceptis ultra dimidium iusti pretij, quem effectum non videtur efficaciter obtinere posse, nisi praedictam renuntiationem infirmeret. Nam qua ratione vendens vel emens induitur ad contrahendum cum ea inaequali-



tate eadem induci potest ad hanc renuntiationem faciendam. Quod confirmatur a simili ex leg. si mulier. 2. Cod. ad vellian. & ex leg. doli. §. diuersum. ff. de nouationibus. Quibus cauetur renuntiationem factam a mulieribus beneficij Velleiani nullius esse fructus, maxime si in eodem instrumento continetur, quia praesumitur non ex maturo iudicio, & voluntate contrahentium sed ex stylo Tabellionum, vel inductione deceptoris appositam esse. Vt colligitur ex late traditis per Tiraquell. in repeti. leg. si unquam in princ. numer. 122. Rebuffo in comment. ad leges Gallienas. 2. tract. de reffess. contract. om. gloss. 15. numer. 20.

Præterea fauet maxime lex finalis. §. item questum. ff. de condit. in debiti. huic limitationi, vbi Scruola inquit. Item questum est, an pactum quod in pactionibus scribi solet in hunc modum: ex hoc contractu nullam inter se controuersiam amplius esse impediatur repetitionem? Respondo: nihil proponitur impedire. Ergo hac renuntiatione non obstat actio legis 2. & forte ob hanc causam leg. regia 56. tit. 5. part. 5. ad impediendam actionem d. leg. 2. iuramentum requisitum fuit iudicans renuntiationem simplicem insufficientem esse.

Cæterum est hæc restrictio communis sententiæ valde probabilis sit, probabilis existimo adimendam non esse. Vt docuit alios referens Couarru. 2. var. cap. 4. num. 4. subdens in tribunalibus sapientissime se vidisse proponi dictas renuntiationes inualidas esse, eo quod in eodem instrumento venditionis fuerint scriptæ, & reffelli. Sequitur Gutier. 1. part. de iuram. cap. 26. n. 3. Anton. de Padilla in d. leg. 2. num. 42. & colligitur a simili ex leg. 9. tit. 1. part. 5. vbi renuntiatio non numerata pecunie etiam in eodem instrumento obligationis contenta prodest. Ratio est, quia in eodem instrumento, & simul cum venditionis contractus fieri possunt hæc renuntiationes maturo consilio, ergo cum nullo iure inueniantur irritæ censendæ sunt effectum obtinere. Neque obstant rationes adductæ, quibus Couarru. optime satisfaciunt. Ad primum namque dictimus satis prouidisse deceptis legem secundam cum actionem concedat ad rescindendum contractum, vel ad æqualitatem redigendum, dummodo ipsi decepti sint, eaque actione vi velint. Ad quando huic beneficio legis renuntiant, nec eo beneficio vi volunt, neque censendi sunt decepti. Ad confirmationem respondeo non admitti renuntiationem Velleiani ob imbecillitatem mulieris, quæ creditur adducta ad renuntiandum, sicuti ad fideiubendum. Ob quam causam Couarra & Gutier. locis allegatis censent renuntiationem legis 2. non habere iocum in feminis, rusticis, & minoribus, nisi ea renuntiatio ex intervallo post venditionem & maturo consilio fieret. Ad leg. finalem. §. item questum. Respondo loqui de renuntiatione generali quæ cum ad incognita, & noxia non extendatur non impedit remedium huius legis 2. Lex regia decidit quod certius est, nimirum iuramento appposito de non contrahendo contractum venditionis non posse intendi actionem, non tamen negat simplicem renuntiationem excludi.

Secundo: grauis est controuersia, An cesset hoc beneficium legis 2. Si iuramentum adiciatur non contrahenturum dicto contractui? Plures relati a Couarru. de pactis, 3. part. §. 4. & a Pinello in d. leg. 2. 3. part. cap. 1. negant, eo quod sic iurans inducitur videtur dolo ad iurandum, sicuti fuit ad contrahendum. Et forte ob hanc causam in Lusitania, lib. 4. ordinam. tit. 30. §. penult. omnes hæc renuntiationes irritantur nisi ex facultate regia fuerint institutæ. Sed rectius contrarium docuerunt ex communi sententia ipse Couarru. & Pinell. Padilla. numer. 32. Aymon. Craueta, consil. 188. numer. 3. Marien. leg. 1. tit. 11. leg. 1. collect. gloss. 8. numer. 45. Anton. Gab. lib. 3. commun. conclus. 1. de empt. & vendit. numer. 78. Deciso Peselemon. 41. numer. 8. Gutier. de iuram. 1. part. cap. 26. numer. 5. Fachineus, lib. 2. controuers. cap. 17. Ratio est, quia illud iuramentum continet tacitam renuntiationem dictæ leg. 2. Nam cum eo contractui in quo deciperis ultra dimidium contrahere non possis, nisi remedio leg. 2. Cod. de rescind. vendit. iurans non contrahenturum, iuras non vti dicto beneficio.

Præterea: iuramentum seruandum est quoties non vergit in detrimentum salutis æternæ, at absque vilo huius salutis detrimento cessare potes ab vtu & beneficio d. leg. 2. ergo &c. Quæ sententia adeo vera est, vt procedat in femina, & rustico contractum sic iurantibus, quia appositione iuramenti censentur maturo consilio procedere, & omnia considerare. Sicuti tradit Aymon. Craueta consil. 188. numer. 2. Pinell. d. cap. 1. numer. 6. Padilla numer. 31. Marienzo numer. 47. Anton. Gab. numer. 83. Gutier. numer. 9.

Verum esto prædicti Doctores censent iuramentum seruandum esse, arctamen plures quos refert, & sequitur Fachineus loco citato censent per se posse dicti iuramenti relaxationem, & concedi debere eo quod per iniustitiam fuerit extortum. Quæ relatio obtenta locus est beneficio dictæ leg. 2. Sed oppositum verius censet cum Couarru. Gutier. & aliis absolute docentibus agi non posse ad rescindendum contractum iuramento firmatum. Quia eo ipso quod libere, & absque vlla necessitate, vel dolo inducitur iuras non contrahentem contractui, excludit omnem deceptionem, dolum, & iniustitiam, quæ in ipso contractu

interuenire potest, siquidem vis credere beneficio dictæ legis 2. & incrementum, vel decrementum iusti pretij remittere. Ad hæc renuntiationem simplicem apposta nequis agere ad rescindendum contractum, vel pretium supplicandum. Ergo minus poteris agere ea renuntiatione iuramento firmata. Vt bene probat Anton. Gomez 2. var. cap. 2. num. 25. Molin. lib. 2. de primogen. cap. 3. numer. 18.

Deinde hanc communem sententiam intelligi Bald. ad leg. que sub conditione. §. 1. ff. de conditionibus infirmit. Felin. in cap. inter ceteras de reffess. & alij plures relati a decisione illa Pedemontana, Pinello, & Couarru. loc. cit. vt iuramentum hoc in casu operetur, ne contractus rescindantur, non tamen operari, vt agere iurans non possit ad pretij supplementum, quia iuramento supplementi pretij non videtur esse contractus derogatio. Sed multatenus admitti hic intellectus debet. Vt bene refertur Arias Pinell. dicta leg. 2. in p. 3. cap. 1. numer. 5. Padilla numer. 43. Couarru. 2. var. cap. 4. numer. 3. & de pactis 3. p. §. 4. numer. 4. Marien. d. gloss. 8. numer. 46. Gutier. 1. part. cap. 26. n. 6. Fachin. d. cap. 17. quia illa iusti pretij intentio esto non fit directa contra contractum contractui, est tamen obliqua, & indirecta. Satis enim contrauenit contractui, si ipsum ad æqualitatem reducere intendat. Aliis minor iurans stare contractui, tamen rescissionem illius potest impedire, ob iuramentum 3. pollet intentione vt sit interesse damni quod ex obseruatione iuramenti prouenit reparari. Quid aliud absurdum.

Si autem in contractu enormissima lesio interueniat, que tunc censetur adesse, cum est deceptio vtra duplam, vel triplicem iusti pretij nec renuntiatione simplici, nec iuramento appposito impediatur actio concessa in dicta leg. 2. sicuti placuit Couarru. 2. var. cap. 4. numer. 6. & de pactis 3. p. §. 4. numer. 3. Anton. de Padilla in d. leg. 2. numer. 43. Molin. lib. 2. de primogen. cap. 3. numer. 18. Anton. Gab. lib. 3. commun. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. numer. 78. Marien. d. leg. 1. gloss. 8. numer. 48. Gutier. 1. part. de iuram. capite 26. numer. 7. tamen contra tenet Pinell. d. cap. 1. numer. 7. Quia huic enormissimæ lesioni nonnunquam cessatur quis renuntiare, ideoque æquatur dolo quo, causa est contractus ex leg. si superiore. Cod. de Dolo.

Tercio cessat beneficium dictæ leg. 2. si deceptus abique vtra fraude, vllave necessitate inducitur donec iuramentum, vel decrementum remittat. Difficultas autem est ex quibus rebus hæc donatio præsumitur? Nam Immoia, Ludovic. Roman. & Emil. Ferrer. in leg. si quis cum aliter ff. de verbis obligat. censent ex eo tantum quod venditioni adderit clausulam. si quid plus valeat res te donare; donationem factam esse, quæ est res vendita fuerit infra dimidium iusti pretij. Nam illa clausula aliquem effectum habere debet. Leg. si quando ff. de legatis 16. Glo. in leg. 1. ff. de eo quod metus causa. Sed non remissionem modicæ lesionis, & intra dimidium iusti pretij; hæc enim remissio iure ipso iudicatur, ne ex illa lesione detur actio. Ergo habere debet effectum remittendi lesionem vltra dimidium. Quod esse verissimum in casu quo rei valore non plures casus censent plurimi quos refert, & sequitur Tiraquell. de reffess. consanguinit. §. 1. gloss. 18. numer. 14. Boët. quæst. 142. numer. 3. Menoch. de arbitrar. casu 144. numer. 2. Nam cum supponamus venditorem posse omnem illam quantitatem donare, etiam si excedat vltra dimidium, nulla est causa quominus dicamus donatum esse. Nam quod inquit Angel. in leg. 2. Cod. de rescind. vendit. & ibi Cagnol. numer. 126. Tiraquell. gloss. 18. numer. 15. Rubens consil. 11. numer. 2. præfatam clausulam censendum esse appositam ex stylo Tabellionum, & non ex voluntate retractoris sustinendum non est. Etenim vt recte probat Menoch. dicto casu 144. numer. 6. & leg. 3. Notarius apponere potest in instrumento vllam clausulam que præiudicat nisi ex voluntate, & consensu contrahentium. Vt explicuit Bald. in Rub. Cod. de fide instrum. encor. numer. 10. & in leg. errore. Cod. de reffess. Decius, consil. 430. numer. 3. & consil. 639. numer. 3. & consil. 653. numer. 6.

Cæterum cum superius dixerimus non impediri remedium legis 2. Cod. de rescindend. vendit. ex eo quod venditor, vel emptor pretium agnouerint, si de facto facti fuerint vltra dimidium, quia possunt ex necessitate, leuitate, aliaue causa, quam ex liberalitate, & animo donandi moueri; conueniens est vt dicamus ex illa clausula. Et quod plus est donat. non esse præsumendum donatum in venditione excessum, qui est vltra dimidium iusti pretij. Quæ fuit sententia Bartoli in d. leg. 2. numer. 15. & ibi Baldi, numer. 10. Saliceti, quæst. 8. Clemen. numer. 51. Cagnoli, numer. 129. Pinelli, 1. part. cap. 7. numer. 20. Boëtij, qui sicuti dicitur numer. 7. & Fachin. lib. 2. controuers. c. 19. Menoch. d. casu 144. numer. 13. Iuramentum est illa clausula & quod plus est, &c. ex sui natura ad modicum tantum refertur. Vt expressè colligitur ex leg. hæc adit. ff. de verbis significat. Hæc aditio plurifere (inquit Vlpian.) non in ipsorum; eorumque continet, sed modicum dimittat. Et licet ob modicum lesionem non detur actio, arctamen datur in foro conscientie obligatio, quam illa clausula fit animo liberali appositæ est dissoluta, per quæ fit satis fundamentum prioris sententiæ.

Hinc inferitur, si venditor celebret contractum ea adit. ita citat. 22. 164.



ula ex certa scientia, & nullo errore ductus donat si quid pluris res valet non impedit beneficium legis 2. si laeso fuerit ultra dimidium iusti pretij, quia illa clausula solum ostendit illam apponentem consilium esse rem venditam maioris esse estimationis rei. Sed an tantus sit excessus, ut ultra dimidium dari pretij excedat, vel eque illud emptori donare non exprimit. Et esto significat apponentem cum clausula consilium esse estimationis rei velletque donare emptori excessum; spectandum est, an aliqua necessitate, leuitate, vel fraude in ea donatione praestanda ducatur, ob quam donatio effectum non habeat. Per se autem illa clausula, & quod plus est deat, ad modicum tantum refertur, etiam apposita illa clausula ex certa scientia. Sicuti docuit Cagnol. in dicta leg. 2. num. 129. Pinel. 1. part. cap. 2. num. 14. Fachin. lib. 2. controuers. cap. 19. controuers. 4. tametsi communis sententia contrarium sentiat, prout refert ipse Fachin. & Menoch. d. casu 144.

13 Quod si roges que quantitas sub hoc modico comprehendatur? Respondent optime Salicet. in d. leg. 2. quae 7. Cremenf. numer. 58. Cagnol. numer. 129. Menoch. de arbitrar. casu 144. numer. 12. & casu 145. num. 4. Iudicis arbitrio remittendum esse. Quod arbitrium non mihi displicet in praesenti ad sextam partem pretij extendendam esse. Sicuti resoluit Franciscus Canon. lib. 7. comment. iuris. cap. 9. num. 11.

14 Hinc dubitatur, si rem valentem centum vendas 38. addita illa clausula, & quod plus est donas, an possit uti beneficio dictae legis secunda. Negant Alexand. & Iaton. in leg. si quis cum alio. r. 17. ff. de verb. obligat. Cagnol. in dicta leg. 2. num. 129. Menoch. dicto casu 144. num. 11. eo quod illa clausula aliquid est modicum donatur emptori, quo deducto cessat laeso ultra dimidium. Sed verius censo nihil esse deducendum, cum laesio est ultra dimidium, quia additis illam clausulam intendit donare si quid plus est modicum. Cum autem laeso contingit ultra dimidium iusti pretij non est plus modicum, sed plus magnum, ergo non est censendum velo illud aut illius partem donare. Vt recte notauit Pinel. relate Alciato in d. leg. a. p. 1. ca. num. 21. Fachin. lib. 2. controuers. cap. 19.

15 At si sub clausula vniuersaliori venditio instituat, nimirum si dicas: Et si quicquid valet totum illud quantumcumque est donas, & remittit emptori, communis sententia tenet cessare beneficium dictae legis 2. si verè ex animo donandi absque ulla fraude, dolo & necessitate vigente ea verba protuleris. sic Salicet. Bald. & Caltren. in dicta leg. 2. Cremenf. num. 58. Cagnol. num. 130. Boerius. decis. 142. num. 10. Menoch. de arbitrar. casu 144. num. 15. Fachin. lib. 2. cap. 19. controuers. 3. & alij apud ipsos. Fundamentum est quia illa verba vniuersalia totum illud quantumcumque est quamlibet laesionem modo enormissimam non fit comprehendere videntur. argum. i. §. generaliter. ff. de legatis. praestand. leg. Tulian. ff. de legat. 3.

Hinc communis sententia aduertitur (vt mos est) Pinel. in dicta leg. 2. par. 2. capite 2. numer. 22. cui adhaeret Rebuff. de resciss. contract. gloss. 15. numer. 20. Quorum argumenta adducit Fachin. supra, & optime soluit, ideoque ea omittenda duxi.

16 Quarto plerumque, graueque Doctores Panormit. conf. 70. in 2. dub. lib. 1. Decius. conf. 216. Couarruu. 3. p. de pact. vers. octaua conclusio. & alij apud Fachin. lib. 2. controuers. cap. 21. circa finem. tenent, si in venditione geminatus consensus intercedat excludi beneficium dictae legis 2. quia videtur esse animus in ea venditione perseverandi quantumque laesio contingat. Alias verborum geminatio nullum effectum habet, quod est contra receptam doctrinam de efficacia geminationis. Verius tamen est ob consensum iteratum, & geminatum non impediti actionem concessam in dicta leg. 2. Vt docuerunt Cagnol. in d. leg. 2. num. 71. Pinel. 2. p. cap. 1. num. 36. Fachin. supra, plures referens, quia geminatio verborum, & expressio iterata consensus solum indicant maiori cum libertate, maturioreque consilio venditionem celebratam esse, sed nullo modo extendunt dispositionem, aut remissionem laesionis inferunt.

17 Quinto controuersia est, An perempta re vendita apud emptorem qui infra dimidium iusti pretij emit cesset actio in venditore, vt non possit agere ad pretij supplementum? Negant cessare Panormit. in cap. cum dilecti num. 10. de emp. & vendit. Francisc. Cremenf. singul. 85. vol. Ripa in leg. quod re. num. 11. ff. si certum petatur. Salas tract. de emp. dub. 29. num. 10. in fine. & alij relati a Couarruu. Pinello, Matien. locis referendis. Dicuntur quia emptor obligatus est vel rescindere contractum reddendo rem venditori, & adeo pretium accipiendum, vel contractum ad aequalitatem reducere suppleendo pretium. Ergo deficiente potestate rescindendi contractum non obinde excutatur ab obligatione redigendi contractum ad aequalitatem, cum vtraque obligatione altitricus sit. Neque rationi consonum est vt infirmitatem emptoris in damnum venditoris iniuste laesi cedat.

18 Communis tamen sententia, quam referunt, & sequitur Glossa Bald. Salicet. & alij in dicta leg. 2. vbi Cagnol. num. 115. Pinel. 2. p. capite 1. numer. 36. Padilla num. 37. Tiraquel. lib. 2. de retractu num. 70. ad finem Couarruu. 2. var. cap. 4. ad finem.

nem. Anton. Gomez. 2. var. cap. 2. numer. 22. Gregor. Lopez. leg. 56. tit. 5. par. 5. Matien. leg. 1. gloss. 8. num. 26. tit. 11. lib. 5. collect. & ibi Azeued. num. 26. Gutier. lib. 2. pract. quae 136. Fachin. lib. 2. capite 18. circa med. Molina tract. 2. disp. 349. §. quando casu affirmat cessare actionem: & colligitur ex leg. si res estimata §. 1. ff. de iure dotum. vbi inquit Consulatus Si mulier in estimationis modo circumuenta est, erit arbitrium mariti, verum iustam estimationem, an potius seruum praestet, & hoc si seruum dicit. Quod si decesserit Marcell. ait magis estimationem praestandam, sed non iustam, sed eam qua facta est, quia vobis consulere mulier debuit quod estimatus fuit. Si igitur in causa dotis re perempta nequit agere mulier aduersus maritum vt iusta estimatio sibi concedatur, minus poterit venditor aduersus emptorem. Idem habent regia leg. 56. tit. 5. par. 5. ibi Teste decimos quo puero facer, y demandar el vendedor o el comprador no seytendo la cosa que vendio per dda nin muerta, nin mucho emperada, casi alguna de estas cosas le acaciese no podria despues hacer tal demanda. Ratio vero est, quia supplementum pretij debet emptor ratione rei peremptae: at quoties quantitas debetur ratione certae speciei, ea specie perempta liberatur debitor a quantitate solutione leg. 1. §. fin. ff. si cui plusquam per leg. Falci. leg. Titia rextorres. §. vlt. ff. de leg. 1. si communis seruus. vers. ex his ff. de furtis. & alij.

Hac tamen communis sententia intelligenda est, cum res infra dimidium iusti pretij bona fide empta fuit, & causa fortuito perit, vel titulo lucratiuo est alienata, quia eo casu cum supplementum pretij emptor obligatus sit restituere non ratione iniustae acceptionis, sed ratione rei acceptae, & haec apud ipsum non extet etiam aequalitatem, mirum non est quod nulla obligatione astringatur etiam in foro conscientiae. At si consensus iniustae laesionis rem emerit, & casu fortuito perierit, solum in foro conscientiae astringitur iustam reddere estimationem venditori decepto, quia ea obligatio non solum ratione rei empta, sed ratione iniustae emptionis oritur.

In foro tamen externo non conceditur actio ex dicta leg. 2. Cod. de rescind. vendit. Nam re perempta petitio optio rescindendi contractum, vel supplendi pretium quam illud laedens, & consequenter cessat actio quae ex dicta lege nascitur, sibi que laesus imputare debet quod conuenienti tempore non reclamauerit. Fateor tamen agi posse denuntiatione, vt bene aduertit Azeuedo dicta leg. 1. tit. 11. lib. 5. num. 26. in fine. & leg. 1. tit. 1. lib. 4. Dixi casu fortuito, nam si ipse emptor consumpsit, aut alienauit agi aduersus ipsum potest, vt supplementum pretij reddat. Neque obest quod non possit habere actionem rescindendi contractum, vel supplendi pretium, quia id sibi imputare debet: vt bene aduertit Azeuedo dicta leg. 1. numer. 2. Molina disp. 349. §. si res. Anton. Gomez. cap. 2. num. 2. Salas cap. 27. num. 9. ex Glossa in dicta leg. 2.

Si autem rem emptam etiam bona fide infra dimidium iusti pretij emptor consumpsit, aut titulo oneroso alienauit, agi potest aduersus ipsum vt reddat venditori id in quo factus fuerit locupletior. Vt bene alius relatis notatur Couarruu. dicto cap. 4. ad finem. Pinel. cap. 1. numer. 38. Matienzo gloss. 8. num. 31. Gutier. d. quae 136. in fine. Fachin. d. cap. 18. in fine. Mol. disp. 345. §. quando casu fortuito.

Terme idem dicendum est in emptore laeso infra dimidium iusti pretij tem emente, si mala fide venditoris ( vt semper praesumendum est) deceptus fuit, nimirum posse aduersus venditorem etiam re fortuito perempta agere vt sibi excessus iusti pretij reddatur, quia rationi consonum non est, vt venditor iactura emptoris locupletetur: quinimo esto bona fide venditio celebrata fuerit, agi potest aduersus ipsum, vt iustum pretium suppleat, nisi bona fide consumpsit, nec ditor fuerit factus, quia stante illo pretio iam habet venditor in suis bonis amplius quod habere debet. Ergo laesionem emptori facisfacere tenetur. Vt bene ex communi docent in retrimis iuris communis Couarruu. 2. var. cap. 4. num. 14. Pinel. d. leg. 2. par. 2. cap. 1. num. 39. Matien. d. leg. 1. gloss. 8. num. 33. Gutier. lib. 2. ag. pract. quae 137.

Fateor tamen spectato iure nostro regio dicta leg. 16. tit. 5. par. 5. non admitti actionem in foro externo aduersus venditorem etiam male fidei re perempta, aut alienata: nam cum venditor compellatur tantum ex dicta leg. 2. ad rescindendum contractum, vel reddendum pretij excessum prout sibi placuerit, contractusque rescissio sit impossibilis, cuius impossibilitatis ipse causa non fuit, ius postituum noluit, vt ad supplendum pretium astringeretur, sed sibi emptor imputet quod tempore conuenienti actionem non mutauerit: vt aduertunt Ant. Gomez dicto numer. 22. Gutier. d. quae 137. Molina. Matien. locis citatis. Quod intelligendum est, cum res perit, vel alienata est ante litem contestationem, nam post continuabitur instantia, & causa ac si res non fuisset perempta. Vt bene aduertit Matien. numer. 34. Gutier. d. quae 137. Salas capite 27 numer. 10.

